

ET HA-
B VIT
D V A S
V X O R E S.
Christiano-
rum connu-
biorum mira
felicitas.

ET HA-
B VIT
D V A S
V X O R E S.
Seruius.

79

& figenda lana, idcirco quod cum puella nu- berent, maritorum postes vngebant, ibique lanam figebant. Seruius in 4. Aeneidos. Moris, ait, fuit, vt nubentes puella simul ac venissent ad limen mariti, postes antequam in- gredierentur ornarent laneis vittis, & oleo vn- gerent: & ideo vxores dictæ, quasi vxores, quæ verba S. Isidorus in suam Etymologia- rum farraginem transcripsit lib. 9. cap. vii.

Isidorus.

Plinius.

At nobius.

Isidorus
Pelusioti.

Quod vero ad eam vnctionem attinet, Plinius lib. 28. cap. 9. nouas nuptas adipe lupino postes inungere solitas, ne quid mali medicamenti in- ferretur, scribit. Quod ridet, & irridet Ar- nobius lib. 3. aduersus gentes. 70. autem habent, *qui nomen sua puellas. cu- ius vocis etymologiam sic interpretatur san- ctus Isidorus lib. 3. epistolarum 243. tu quidem haud rectè illud dictum esse contendis. Ipsa vocabitur *γυνή*, quia de viro sumpta est: ego ve- ro non modò rectè, sed etiam eximio atque ad- miratione ductus audi. *η γυνή πατρός τού γαλου*, hoc est à genitura dicta est. Ipsa igitur *γυνή* vocabitur, hoc est ad gignendum idonea: quia ex viro suo quicquam fecundam redditurus est, sumpta est. Vir quippe virginem sibi matrimonio copu- lans *γυνή*, hoc est fecundam *γυνή* reddit. Ob idque etiam apud Athenienses legitimus congressus, arandorum filiorum causa fieri dicebatur: ac *γυνή*, parentes appellantur. Et post alia quædam adiungit. Hanc quippè vocem ex earum numero esse arbitror, quæ ad aliquid re- feruntur. Nam simul atque virum dixeris, vxor quoque animo statim occurrit: quemadmo- dum scilicet & cum Patrem dixisti, filius vnà intelligitur, & cum Dominum dixisti, seruus etiam vnà cogitatur.*

Amphilo-
chius.
Matrimonij
laus.

Quàm sit autem præclarum naturæ munus matrimonium, breui elogio sanctus Amphilo- chius Homilia in Purificationem beatæ Vir- ginis exposuit. Nuptiæ, inquit, honoratæ sunt, & quouis terrestri dono superiores, fecundæ arboris similitudinem præ se ferentes. Est enim coniugium ipsum tanquam planta quædam pulcherrima, ex qua virginitas ipsa nascitur, & ratione atque anima prædita ger- mina producuntur. Est, inquam, coniugium benedictio illa, qua mundus creuit, & generis instauratio facta est. Per ipsum enim natura humana reparata fuit, quam cum Dominus sus- cepisset, diuinam renouauit. Tale denique coniugium est, vt vniversum genus huma- num contineat, & cum illo versetur, ita vt liberè possit dicere: *Eccc ego et pueri mei quos dedisti mihi Deus.* Hæc ille. Cæterum non paruo discrimine antiquiorum connubiorum dignitas à christiana nobilitate superatur. In veteri namque lege, vt auctorem habemus sanctum Thomam, erat in officium nature, non autem quemadmodum hoc tempore post Christum natum, sacramentum con- iunctionis Christi & Ecclesiæ, quæ nondum erat facta. Vnde & præcis illis temporibus permittebatur libellus repudiij, quod est con- tra sacramenti rationem. De nostro itaque, quod Ecclesiæ est proprium, exclamât Ter-

S. Thom.
1. 2. qu. 102.
art. 5. ad 3.
Prius con-
iugium fuit
in officium
nature,
Christianis
etiam sacra-
mentum est.
Tertullia-
nus.

tull. lib. 2. ad vxorem cap. 9. Vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod Ecclesiæ conciliat, & confirmat obla- tio, & obfiguratum Angeli renuntiat, Pater ratio habet: Nam nec in terris filij sine consen- su patrum ritè & iure nubent. Quale iugum fidelium duorum vnus spei, vnus voti, vnus disciplinæ, eiusdem seruitutis? Ambo fratres, ambo conserui, nulla spiritus carnisve discre- tio. Atquin verè duo in carne vna. Vbi caro vna, vnus & spiritus simul orant, sim ul vo- luntantur, & simul ieiunia transigunt, alteru- tro ducentes, alterutro hortantes. In Ecclesia Dei pariter, in connubio Dei pariter, in an- gustiis, in refrigeriis, neuter alterum cælat, neuter alterum vitat, neuter alteri grauis est. Liberè ager visitatur, indigens sustentatur, Eleemosyne sine tormento, sacrificia sine scrupu- lo, quotidiana diligentia sine impedimento. Non furtiua signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio: sonant inter duos psal- mi, & hymni, & mutuò prouocant qui melius Deo suo canet. Talia Christus videns & audiens gaudet. His pacem suam mittit. Vbi duo, ibi & ipse; vbi & ipse, ibi & malus non est. Ac demum concludit: Hæc sunt quæ Apo- stolus vix illa sub benignitate intelligenda no- bis reliquit. Hæc tibi suggere, si opus fue- rit. His te ab exemplis quartidam reflecte. Non licet aliter fidelibus nubere: & si liceret, non expediret. Hæcenus Tertull. accuratè singula stylo persectus, quæ ad sacri connubij ratio- nes quoquomodo referri possent. Neque e- nim aut solemnes nuptiarum ritus, aut com- moda & vtilitates, aut vtriusque officium con- iugum, aut fidem denique & religionem præ- termisit. Sed ne cui fortassis tot tantaque matrimonij laudes à tanto Præcone decan- tatæ celibus vite nascam pariant, acce- pe hoc à sancto Isidoro Pelusioti aduer- sus periculum remedium. Soli eos, inquit, qui virginitatem amplexi sint: Lunæ autem eos qui continentiam: ac denique stellis eos, qui honorabile connubium amplexi sunt atque conseruauerunt, comparare licet; maxime cum diuinus Paulus calculum suum addat, ac dicat: *Alia gloria Solis, alia glo- ria Lune, alia gloria stellarum.*

Porro matrimonium iniri potest, vel cum vna, vel cum pluribus. Siquidem vir vnus plures simul vxores proles suscipiendæ gra- tia, & maritali affectu, domum ducere po- test, quomodo Iulius Cæsar olim decreuisse Suetonius dicitur, vt liberorum quærendorum causa, quot vellet quisque vxores ducere facultas es- set, id quod apud Siculos, & Athenienses in vtu fuisse quandòque legimus. Nam me- moriæ proditum est, Athenienses, cum ex- haustam belli cladibus iuuentutem reparare vellent, decreto canisse, vt vrbanam qui- dem cines ducerent; ex altera autem etiam liberos tollere non veterarent. Brachmanes, Numidæ, Mauri, Turcæ pro modo facul- tatum vxores habent. Apud plerisque item nationes tantundem sibi potentiores indulse- runt, Hebræis autem publicè licuit, vt pa-

1. ad Cor. 7.

S. Isidorus
Pelusioti.
Continentia
nuptis præ-
ferat.

Suetonius
in eius vita,
cap. 52.
Polygamia
apud ple-
rasque na-
tiones obij-
nuit.